

obtulit, in qua nunc versamur, licet sciam me dealba-
turum ~~Thiopiae~~. Schola nostra ad codicis profes-
sionem vacantem D. Saccium revocat, annuente aula, sed
suntus nollos promittente, eo quod pridem aliquot cen-
tena coronatorum frustra in eum profudit. Sic dimi-
ssam spei vix nobis relinquitur. Hodie ob hanc causam
à Magnifico Senatus convocabitur. Vindemia huc
coepit 8. Idus Septembris, nec dum finita, omnium
sanè vota et vasa ubertate exsuperans. Utinam pro
santa liberalitate non sit ingratus mundus. Heri
redi Neuhusio, ubi filium meum Schola Correctorem
et D. Stöckelium Pastorem inviseram. Utroque officiose
tibi salutem et gratiam multam comprecatur.
Vale vir Epimic. D. Jesu sanctis laboribus et valetu-
dini tuae clementer porro adsit in Eulesia salutem.
Heidelb. 13. Jul. Octobris Hespero sacra Anno
Misericordiae. Abrahamum Mellinum juvenem
eruditum et honestum vestrae benevolentiae com-
mendo.

160.

Eidem Gryndo Idem Sarcus Sal.

Reverende Pater D. Grynde; rarius scribo, quia parvo
senecta; et mihi rarius scribi volo, ut pareatur
senescent. Gratias Deo ago, qui te hactenus donat
Eulesia: me etiam servat ad labores. D. Quirinium
nobis eripuit sauesprem, dedit Henricum Altingi-
um filium Henonis Altingi de Embdiana Eulesia
praedclare meriti, de quo nostra Academia gratulor.
Ephorus fuit Serenissimi Electoris FridERICI V. qui
eius institutioni binas in septimana adhuc horas
tribuit, unam Theologicam, alteram Politicam.
Solemnia eius Doctoratum pro more Academiae
fiat 18. Novembris, quibus et tu bene preceris.
Valde me angit cogitatio de Eulesia Salatina
futuro statu, quia video Politicos seuros, nec
de medijs necessarijs cogitare, omnes ad juvenilibus
imperii

217
imperii nutum se accommodare; neglectum doctrinae
& doctorum crescere. Monui scripto Reveriss. et Con-
siliarios, quid videatur necessarium. Annuerunt, ut
puto, et aliquid facient. Saasi autem, ut proster tres Aca-
demicos, duo minimum doctores theologi, in Collegio Sa-
pientiae unus, alter in Ministerio urbis semper habe-
antur Heidelbergae; uti olim Fredericus III. proster tres
Academicos Bequinum, Tremellium Zanchium habuit
Arstinum et Olevianum, proclaros Theologos, Praepto-
res meos omnes. Suasi, ut M. Kullbetum et M. Pella-
rium nunc Collegii Sapientiae Praesidem electorali nu-
mificentia Doctoratus insignibus decorari curarent.
quod proximè futurum spero: et melius porro spera-
bo. Nam de utroque mihi et Eulesiae optima polliceor.
Idem tu fecisti in vestra Academia et Eulesia pru-
dentissimo consilio, quod judicari mihi imitandum.
Disfidium comitiale vulgo notum intelligi, mihi pater,
quid in tergo ferat. Politici hinc et inde plausi-
biles, preceptus habent. Sed vetus est verum. Omne
regnum inter se divisum p. Oremus Deum, ut in
ruinis labentis imperii servet reliquias et hospi-
tia aliqua et Eulesiam post nos. 26. Octobris
cum D. Bullionca et Tremullia Sedanum abiit ju-
nior noster Princeps D. Ludovicus Philippus,
cujus Altitudini benedixi et commendavi filium
meum juniorem M. Johannem Georgium Epho-
rum; neq. n. reducem spero me visurum. Vale diu
mecum Eulesia reverende Pater. Exhibitor earum
M. Johannes Forbesius rotas peragrata Germa-
nia huc venit. Non reperta occasione maxendi
à me petiit, ut mea intercessione vos placido saltem
vultu aspiciatis, si forte apud vos esse possit aliqua
hibernandi copia. Sin autem, ut honesta comenda-
tione, fratribus Genevensibus vel Gallis alijs, ad quos tendet, di-
mittatis, quod pietatis officium, licet te nulla ratione gra-
vandam sciam, denegare absenti non debui. Iterum vale.
Heidels. 13. Novembrijs 1613.